HIERONYMUS. PAULINUS NOLANUS. IUSTUS URGELLENSIS
Salzburg, St. Peter, 1. Hälfte 9. Jh. (Bl. 1-48 und 120-135) und 10. Jh. Seite 26r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38126
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



adquiescendum sit ut rursum aedificetur hierusalē.
& hostiae offerantur In templo. & spiritali cultu In
minuto. carnales obtineant caeremoniae;

IIII Quaestum ē. q̄ quae sisti quomodo in iohannis euglo
post resurrectionem dicatur ad mariam mag
dalenem. Nolime tangere nondum enim ascendi ad
patrem meum. & rursum in matheo scriptum sit. q̄
ad uestigia saluatoris mulieres corruerint. Cū utiq:
non sit ipsum tangere post resurrectionē pedes eius
& non tangere. maria magdalene ipsa ē. a qua sep
tem daemonia expulerat. ut ubi abundauit pecca
tum sup̄ abundaret gratiae. Quae quia dn̄m ostula
num putabat & quasi cum homine loquebatur &
quaerebat uiuentem cum mostuis. Recte ait.
Nolime tangere. & est sensus non mereris uestigiis
herere meis nec adorare quasi dn̄m eiusq: tenere
pedes quem non aestimas surrexisse & ibi. Nec dum
enim ascendi ad patrem meum. Caetere uero
mulieres qui pedes tangunt dn̄m confitentur &
merentur eius herere uestigiis quem ad patrem
ascendisse confidunt. Quamquā etiam si eadem
mulier in diuersis euangeliis & tenuisse pedes
& non tenuisse referatur facilis solutio sit. Cum
potuerit primum corripi quasi incredulae & postea
non repelli quasi ea quae errorem confessione muta